

vni vel alteri præbuit natura , haud de-
negasse alijs , omnemque adeò præpa-
rationis occupationem superfluam es-
se. At quām illi fallantur miserè , expe-
rientia loquitur : in primis , si , qd' accu-
sent , curiosis oculis scrutati , Formam
hanc vnius rei non vnam vel generalem
causentur : quandoquidē , vt dictū iam
est , nec eget persępe præparationis ad-
miniculo remedium futurum , vel sal-
tem accidentibus suis denudatum , aut
in partes substantiales distractum , ulte-
riorem compositionis molestiam non
requirit. Hoc ita fieri , quātumuis haud
difficulter largiamur , nil tamen detra-
hit formæ communitati. Nam , vti iam
diximus , Natura quandoq; personam
artificis , qui eius est minister , induit.
Quid enim aliud requirit Chymicus ,
quām vt remedij vires , quas natura in-
seuit , heterogeneorum vinculis expe-
diat , & quod in certaminibus olim fa-
cilitabatur , vt solutæ bestiæ in arenā di-
mitteretur , heic quoq; liberas ad mor-
bosum conflictum producat. Id vniuer-
sum iā si natura præstiterit , an ideo suæ
præparationis forma priuatum dice-
tur